

one, erudiens eum amica irradiatione, ut mundo pompisque ejus abrenunciaret, & ad æterni regis militiam transnigraret. Ille autem ipsam visionem pro illusionem habuit, nedum fecisset quod per visionem didicit. Sed sanctus, hominis condescendens infirmitati, iterum apparuit ei, ut repetita admonitio, fieret ei veræ visionis expositio. Ille autem nec adhuc visioni habuit fidem. Sed sanctus Dei non dum cessans à salute viri, geminis visionibus tertiam addidit, ejusque duritiam hac voce corripuit: *Nescis miser, nescis, quam crudelis captor, tua captiva præsidet menti; qui te & mittenti Christo, & mihi misso, cogit relinqueri. Certè cum male vivendo desperes, nec desipere sponte desisteres, monuit te revelatio divina, ut vel admonitus resipisceres. Tu autem, stulte, perniciose illuderis, qui revelationem veram pro illusionem accipis: nulli enim credentium dubium est, quin illa visio experta sit illusionis, qua invitatrix est Christiana religionis; quamque si à quolibet vigilans audivisses, negligere nequaquam debuisses. Nunc ergo cum te corrigere nequeant verba, jam verba vertenda sunt in opera. Nam visionem divinam quam te dissimulas intellegere, expediam tibi planissimam expositionem, qua animum tuum dubio exuat, cunctisq; te videntibus plenam certitudinem pariat. Hæc dixit, & mox dicta probavit. Vir namque de somno excussus, faciem persensit barbâ viduatam, barbâque cominus invenit divulsam. Postea verò non illa nocte quicquâ loci in eo somnus habuit, sed pro somno eum stupor, pudor, & dolor oppressit. Quid faceret? cujus animus in amaritudi-*

ne